

L'oracolo di Apollo a Delfi

Luogo di grande spiritualità, l'oracolo di Apollo a Delfi è meta del pellegrinaggio dei molti che lo consultano. Qui il nume del dio manifesta la propria potenza distruttiva verso chi voglia violare la sacra sede.

Apollinis templum Delphis in monte Parnasso est: ibi rupes desuper impendent, ibi totum annum magna est frequentia hominum, qui ("i quali", nom. m. plur.) ex universis regionibus concurrunt et in saxum considunt. Phoebi aedem enim non muri, sed praecipitia defendunt et inviolatam servant. Media rupes theatri formam habet: ergo et hominum clamor et tubarum sonus per montes horrendus personat et terrorem admirationemque infundit. Profundum terrae foramen in oracula patet: ex arcano foramine frigidus spiritus ("soffio", nom. m. sing.) a deo expellitur, vatum mentes ad recordiam vertit et Apollinis responsa supplicibus dare cogit. Multa et opulenta regum ac gentium munera et aurea simulacra Delphis visuntur et pietatem et gratiam erga deum significant. Apollinis potestas iustas ultiones erga sacrilegos imponit. Olim Persarum copiae miro lapidum imbre et fulminibus debebantur quia contra templum veniebant.

L'inganno fallito della volpe

Una volpe giunge affamata in prossimità di una stalla e propone agli animali un falso accordo di pace. Un gallo astuto ne sventa il piano.

Gallus olim cum gallinis timidisque anseribus et aliis areae animalibus sub stabuli tecto nocturno tempore quiescebat. Ante stabulum, quia fame cruciabatur et iam pullorum carnem praegustabat, vulpes, dolosae calliditatis animal, reptabat et orationem incipiebat: «Nuntius vobis (“per voi”) et cunctis areae animalibus venio: inimicitiae inter animalia Iovis praecepto in perpetuum desinent. Numquam funestae flagrabunt lites canum et lepōrum, inimicitiae ovium et luporum, simultates inter mures et feles. Oves inter lupos securae dormient, a bubus cum pantheris amicitia sancietur nec armenta umquam venenatos angues metuent. Ergo nos (“noi”, nom.) quoque foedus amicitiae sanciemus: immo portas stabuli vestri aperite et meum foederis pignus accipite». At gallus, quod vulpis insidias animadvertibat, sic breviter respondebat: «Amica, canis quoque amicitiae nostrae testis erit». Tum vulpes dicit: «Fortasse canibus pax animalium nondum nota est»; deinde per tenebrarum silentium ad silvas sicco ore revertit.

Cerere e Proserpina

Invaghito di Proserpina, la bella figlia della dea Cerere, Plutone la rapisce e la porta con sé nel regno dei morti. La disperazione della madre e della natura è tale da indurre il dio a una soluzione di compromesso.

Ceres clara frugum dea erat et in multis Siciliae urbibus colebatur; Iōvi autem filiam gignit, venustam puellam Proserpīnam. Cereris filia iucunde per prata errabat cum laetis comitibus et varios veris flores in agris circa urbem Hennam colligebat. Sed olim Pluto, inferorum rex, amoris plenus, puellam rapere et eam ("lei", acc.) uxorem ducere constituit. E Tartarea spelunca igitur evādit, virginem abripit et in regnum suum portat. Perdiu (avv.) Ceres filiae fortunam ignorat; ideo taedas ex Aetnae vertice inflamat et per universas orbis terras Proserpīnam requirere non intermittit: tota loca clamoribus et querelis personant. Tum vero natura languet neque herbae florescunt neque arborea crescunt; ubique frugum messiumque penuria est, quia Ceres terram negligit. Denique miserae matris dolor deorum hominumque patrem commovet: Iuppiter Plutonis facinus deae aperit aequasque pacis condiciones inter Cererem et Plutonem statuit. Ceres igitur natam reperit, rursusque natura florere incipit.

CULTURA

Traduci il seguente brano.

Enea negli inferi

Nel brano sono illustrate le tappe della discesa di Enea nel regno dei morti fino al momento dell'incontro con il padre Anchise.

Aenēas Cumas venit et in Avernum descendit. Sub nocte obscura per umbras procēdit, per loca tacita et per Ditis regna. Iter in silvis erat quale ("come") per incertam lunam, cum ("quando") Iuppiter caelum umbrā condit. Vir pius ad Acherontis undas venit et a Charonte, horrendo portitōre, ad alterum amnis litus traducitur. Senex, flammeis oculis canāque comā, animas cumbā ad inferos vehit: sunt matres atque viri, pueri innuptaeque puellae et iuvenes ante tempus ad mortem missi ("mandati", nom. m. plur.) ante maesta parentum ora. Venit tandem Aenēas ubi via in duas ("due", acc. f. plur.) partes se findit: laevum iter ad impia Tartāra mittit, dextrum autem ad Elysium. In Elysio Troiani magnanimi heroes sunt unā (avv.) cum Dardāno, Troianae stirpis conditōre. Aenēas tandem patrem suum Anchisem conspicit: palmas tendit, dum ("mentre") ob gaudium lacrimae per genus effunduntur et vox laetitiā rumpitur. Deinde pater animas futurorum virorum magnae Romae filio monstrat.

La battaglia di Maratona

Gli Ateniesi, nonostante l'esiguo numero e il mancato aiuto degli Spartani, combattono valorosamente a Maratona respingendo l'esercito persiano del re Dario.

Dariūs, Persarum rex, quia Graeciam in suam potestatem redigēre cupiebat, classem quingentarum ("500", gen. f. plur.) navium comparāvit, Datim et Artaphernem duces delēgit, qui ("che", nom. m. plur.) ad Atticam accessērunt et copias Marathōna deduxērunt. Athenienses auxilium a Lacedaemoniis petivērunt Phidippidemque cursorem Lacedaemōnem misērunt. At inter Graecas urbes Plataeenses uni Athenis auxilia praebuērunt: Lacedaemōnes enim copias sero misērunt, quod Apollīnis sacra perficere debebant. Interea Miltiādes unus inter decem ("dieci", indecl.) praetores urbis Athenarum castra extra urbem ponere censuit. Miltiādīs auctoritate Athenienses copias ex urbe eduxērunt locoque idoneo sub imo monte castra posuērunt. Deinde prima luce magno animo pauci contra magnum exercitum ("esercito", acc. m. sing.) proelium necopinato commisērunt. Datis locum suis iniquum videbat, tamen propter copiarum suarum numerum victoriam sperabat neque conflagere recusavit. Athenienses autem animo ac virtute barbaros superavērunt et non solum e campo Marathonio, sed etiam ex Atticae oris hostes expulērunt. Nam Persae perturbate fugērunt neque castra sua, sed naves recta via petiērunt.

Dedalo e Icaro

L'architetto ateniese Dedalo, mirabile artefice del labirinto di Creta, dopo aver concorso alla vittoria di Teseo sul Minotauro, fu accusato di alto tradimento e chiuso insieme al figlio Icaro nell'inespugnabile prigione da lui stesso costruita. L'ingegnosa perizia di Dedalo escogitò un'ardita via di fuga, ma non bastò a salvare il giovane figlio dalla propria impulsività.

Postquam ("dopo che") *Thēseus Minotaurum interfēcit, Daedālus Atheniensis* ("ateniese", nom. m. sing.) *a Minōe rege in labyrinthum cum filio Icāro coniectus est, quia civi auxilium non negavit. Sic artifex opēris sui muris a patria arcebatur neque insulam Cretam longumque exilium ultra tolerabat: «Tenet Minos terras – inquit ("dice") – tenet etiam pelāgus altum. At caelum liberum patet: per caelum, fili mi, e carcēre effugiēmus».* *Dixit et in novas artes animum dimisit: pennas in ordine ponit, deinde medias (pennas) lino, imas ceris allīgat atque parvo curvamine flectit. Filium deinde monuit: «Medio caelo curre, Icāre, quia pennae infra maris undā gravari, supra solis igni adūri possunt ("possono")».* *Alas pueri umēris pater accomodavit et uterque ("l'uno e l'altro", nom.) pennis in altum volavit. Iam laeva parte Samus insula erat, sacra Iunoni, dextra Lebinthos¹. Subito autem puer ducem deseruit caelique cupidīne nimis altum iter egit: rapidus sol pennarum vincula, e cera perfecta ("fatti", acc. n. plur.), mollīvit: cerae tabuērunt et puer in mare praecipitavit.*

Creta, la prima patria di Giove

Sottratto alla ferocia di Saturno, Giove trascorre l'infanzia a Creta, terra che avrà sempre cara.

Inter Graeciam et Aegyptum est Creta, insula magna et amoena. Ibi antiquis temporibus mira civitas floruit, quia Iuppiter, deorum rex et pater, in insula pueritiam egit et eam ("la", acc. f. sing.) valde diligebat. Iovis mater enim filium Saturni oculis subduxit quod saevus deus liberos suos devorabat. Sic Iuppiter in insula Creta adolēvit: apes mel puero praebuērunt, capra Amalthēa eum ("lo", acc. m. sing.) lacte aluit. Sacerdotes quoque eum texērunt: nam, cum ("quando") puer flebat, scuta gladiis feriebant nec ad Saturni aures vagitus ("i vagiti", nom. m. plur.) perveniebant. Propter magna beneficia Iuppiter semper grato animo insulam amavit et suā tutelā defendit.

Camillo esorta alla battaglia i soldati sfiduciati

Il tribuno militare Furio Camillo ricorda ai soldati spaventati dal numero dei nemici le vittorie passate e li esorta a combattere con onore.

Camillus pugnam parabat copiasque instruebat, sed centuriones inopinate renuntiavērunt: «Militum mentes turbatae sunt, arma segnīter capta sunt, magno cum timore e castris legionarii excessērunt, quia rumores de magno hostium numero per legionis ordines diffusi sunt». Tunc Camillus in equum insiluit et ante signa copias de pristina virtute admonuit: «Tristitiae atque cunctationi cedēre non debetis, milites! Hostis est perpetua materia virtutis gloriaeque vestrae. Vos (“voi”, nom.) virtute hostes semper superavistis: a me (“da me”) magna cum gloria contra hostes ducti estis et trigeminae victoriae triumphum ex Volscis et Aequis et ex Etruria nuper egistis. Camillum, quod non dictator, sed tribunus pugnae signum dedit, non agnoscitis ducem?». Deinde signum pugnae dedit, ex equo desiluit, signifērum arripuit et contra hostes traxit. Milites, quia Camillus iam senectute invalidus exemplum virtutis tam clarum praebuit, magnum clamorem sustulērunt (da tollo) et cum imperatore in hostes procucurrērunt: diu acriter pugnatum est, sed Romani tandem hostes fugavērunt.

Il cervo alla fonte

A volte l'apparenza inganna.

Cervus quondam ad fontem pervēnit, quia siti ardebat. Effigiem ("immagine", acc. f. sing.) suam intentis oculis in aqua conspexit: ramosa cornua ("corni", acc. n. plur.) mira putabat atque valde iactabat; nimia autem crurum exilitate dolore afficiebatur. Subito venatorum voces canumque clamorem audīvit atque territus est: per campum fugam incēpit et brevi tempore citis cruribus canes effūgit et inter vicinae silvae arbores in tutum locum confūgit. Sed postea, quia canes iterum (avv.) appropinquabant, denuo salutem fuga petivit. In densis ramis autem cornua ("corni", nom. n. plur.) implicata sunt cervique fugae obstitērunt. Tandem a venatoribus canibusque cervus arreptus est et fatum suum paucis verbis deploravit: «Misera vero sors mihi ("a me") contigit, ut nunc intellēgi: crura contempsi, sed cruribus salutem obtinui; cornua ("corni", acc. n. plur.) magnopere iactabam, sed cornua ("corni", nom. n. plur.) mihi mortem paravēre».

CULTURA

Traduci il seguente brano.

Guerra e pace tra Romani e Sabini

Dopo il rapimento delle donne sabine e il tradimento di Tarpea, i Sabini si sono impossessati della rocca del Campidoglio, ma i Romani continuano a resistere. Soltanto l'intervento delle donne, che ormai costituiscono un legame inscindibile fra i due popoli, mette fine alle ostilità

Quia Sabini arcem tenebant, Romani iniquo loco pugnare coacti sunt. Tunc Romulus rex cum globo animosorum iuvenum Mettium Curtium, Sabinorum principem, petivit ac fudit. Sabini autem in media convalle duorum ("due", gen. m. plur.) montium proelium redintegravērunt: acriter cruentaque pugnatum est. Tum Sabinae muliēres, quod bellum propter iniuriam ludorum gerebatur, inter gladios ac tela se ("si", acc.) interposuērunt ac supplices uno tempore patres et viros toto corde oravērunt: «Si ("se") adfinitatem inter vos ("fra di voi") recusatis, si conubium reicitis, in nos ("noi", acc.), filias et uxores vestras, vertite iras; nos ("noi", nom.) causa belli, nos ("noi", nom.) causa vulnērum ac caedium viris ac parentibus sumus; e vita excedēmus potius quam ("piuttosto che") viduae aut orbae vivēmus». Multitudo militum mulierum verbis commōta est: duces tandem non solum bellum composuērunt, sed etiam regnum consociavērunt et civitatem unam ex duabus ("da due") candidērunt.

Eroismo spartano alle Termopili

Presso l'angusto passaggio delle Termopili, l'esercito persiano, convinto di superare l'ostacolo senza difficoltà, affronta i trecento Spartani guidati da Leonida.

Xerxes, Darēi filius, magnam peditum equitumque multitudinem in Graeciam per Thraciam traduxit. Cum ("quando") autem ad Atticam appropinquavit et apud angustias in Thermopylis castra posuit, contra Xersem missus est Leonidas, Lacedaemoniorum rex cum trecentis ("trecento", abl. m. plur.) militibus. Rex, qui ("che", nom. m. sing.) hostium paucitatem contemnebat, ad pugnam suos misit. Tum acriter pugnatum est et Graecorum militum virtus mira fuit, tres dies ("tre giorni", acc. m. plur.) enim infinitae hostium multitudini resistērunt. Postea, quia Persae iam montis cacūmen tenebant, omnes viri Graeci in pugna strenue cecidērunt. Sed Lacedaemoniorum mors vana non fuit, nam interea Athenienses ex urbe in naves effugere valuērunt.

Dopo aver letto con attenzione il testo, svolgi le seguenti operazioni:

- sottolinea le voci verbali che costituiscono i predicati;
- suddividi ciascun periodo in proposizioni (tante quante i predicati) separandole con una barra semplice;
- individua il soggetto e i complementi diretti e indiretti di ciascun verbo;
- completa le note;
- traduci.

Il coraggio di Muzio Scevola

Anche se fallisce nell'obiettivo di uccidere il re rivale Porsenna, il giovane Muzio guadagna l'ammirazione del nemico per il coraggio con cui si punisce per l'errore commesso.

Roma a Porsēnna, Etruscorum rege, obsidebatur et iam fere capiebatur. Tunc C. Mucius adulescens populum Romanum servitute indignum putat, quia numquam bello victus est neque ab hostibus ullis obsessus est. Ergo Mucius penetrare in hostium castra constituit. Sic trans Tibērim navit et ad hostium castra pervēnit. In conferta turba prope regium tribūnal incognītus constītit. Ibi scribam cum rege vidit: militibus enim stipendium dabatur. Mucius autem regem a scriba non distinxit: sic scribam pro rege audaciter interfēcit. Romanus vir statim in vincla coniectus est et ante regis tribūnal destitūtus est. Tunc Mucius magnā voce verba virtute plena pronuntiavit: «Romanus civis sum. Facinus viro Romano dignum temptavi, sed errāvi». Deinde magnā audaciā dextēram (sott. “mano”) in focum iniēcit. Rex verbis facinoribusque Mucii valde permōtus est et: «Nunc» inquit (“disse”) «iure belli liberum te (“te”, acc.) inviolatumque ad urbem tuam dimitto». Animoso iuvēni postea Scaevolae a dextrae (sott. “della mano”) clade cognomen indītum est.

Dopo aver letto con attenzione il testo, svolgi le seguenti operazioni:

- se possibile, prima di ricorrere al dizionario, cerca di risalire al significato dei termini sulla base del lessico italiano;
- completa le note;
- traduci.

La vedova e il soldato

Una vedova, famosa per la fedeltà alla memoria del marito, si rende complice di un oltraggio.

Mulier virum amīsit et in sarcophāgo corpus condidit: nulla ratione vidua a sepulcro discedebat, apud viri reliquias vitam suam degebat et semper lugebat. Sic claram castae uxoris famam obtinuit apud incōlas Ephēsi, Ioniae urbis, ubi mulier vivebat. Interea latrones Iōvis aedem compilavērunt, sed poenas numīni luērunt, quia milītes eos (“li”, acc. m. plur.) cepērunt et in cruce suffixērunt. Ergo principes civitatis milites posuērunt ut custodirent (“affinché custodissero”) sepulcrum. Media nocte miles siti aquam quaesivit et feminam, aegram sed pulchram, vidit; statimque magna cupiditas eius (“di lui”) animum succendit. Nunc amore miles officium suum neglegebat, saepe variis causis muliērem videbat et, propter cotidianam consuetudinē, etiam vidua milītis amori respondēre coepit. Mox libīdo militem et viduam vicit. Dum (“mentre”) miles cum femina noctes consumit, ex cruce latronis corpus detrahitur. Defectione timoris plenus miles muliēri factum exposuit, at vidua dixit: «Cur (“perché”) times?». Postea milīti viri corpus ex sepulcro tradidit figendum (“da appendere”) cruci. Sic turpitudine laudis locum obsēdit.

(da Fedro)

Una proposta di tradimento respinta

Il console romano Fabrizio respinge con sdegno la proposta di tradimento del medico di Pirro, il re dell'Epiro che i Romani poi sconfissero con le armi.

Tarentino bello post multas pugnas a Romanis Fabricius consul contra Pyrrum, Epiri regem, missus est. Fabricius et rex castra vicina habebant, tum Pyrri medicus nocte ad Fabricium venit atque pro gravi auri pondere regis mortem veneno promisit. Sed Fabricius condicionem repudiavit et medicum infidelem ad Pyrrum in vinculis reduxit et eius ("di lui", "suo") turpe facinus aperuit. Tum rex foedum medici consilium cognovit et exclamavit: «Ut ("come") sol ab itinere suo aequabili non devertit, sic Fabricium ab honestate nemo ("nessuno", nom.) avertet». Inde audax rex ad Siciliam discessit. Consules deinde M'. Curius Dentatus et Cornelius Lentulus adversus Pyrrum missi sunt. Curius contra regem pugnavit, Pyrrum Tarentum fugavit et hostium castra cepit. Tunc Romani acri proelio ingentem hostium numerum occiderunt. Pyrrus etiam a Tarento mox recessit et apud Argos, inlustrem Graeciae civitatem, occisus est. (da Eutropio)

Soggiorno salutare in Toscana

Nella sua casa di campagna, ai piedi dell'Appennino toscano, Plinio trova la serenità di un clima ideale, meteorologico e umano.

Propter aestum (“calore”, acc. m. sing.) *in Etruriam denuo confūgi. Est sane gravis et pestilens ora Tuscorum, sed villa mea procul a mari recedit et salūbri monti Appennino subiācet. Villae amoenitas bona tempestāte valde corroboratur: caelum enim est hiēme frigīdum et gelīdum, sed aestate mirā clementiā. Semper aēr auris mitibus movētur, numquam fortibus ventis nec imbribus foedis verberatur. Itaque huc ob loci felicitatem senes veniunt multi: ibi avos videbis proavosque, audies fabulas vetēres severosque sermones maiorum* (“degli avi”, gen. m. pl.). *Regionis forma felix est: lata et ferax planitia montibus cingitur, montes procera nemora et antiqua habent. Frequens ibi et varia venatio est. Inde caeduae silvae unā* (avv.) *cum monte descendunt. Pingues colles campis fertilitate non cedunt et opīmam messem percoquunt. Prata florīda et gemmea trifolium aliasque herbas teneras et molles alunt. Cuncta enim perenniibus rivis nutriuntur, nec palus ulla est, quia omnes rivi aquam in Tibērim effundunt.*

(da Plinio il Giovane)

Prometeo dona il fuoco agli uomini

Gli uomini chiedono a Prometeo, uno dei Titani, di procurare loro il fuoco, sottraendolo agli dèi. Immediata segue la vendetta di Giove.

Olim homines a deis immortalibus ignem petebant quia magnae utilitati eis ("a loro") erat neque servare sciebant. Post multas inānes preces, de deorum auxilio desperavērunt et ignis furtum Titāni Promētheo mandavērunt, nam ei ("a lui") magna erat sagacitas et benevolentia insignis erga genus humanum. Promētheus ignem in ferula eripuit et in terram vēnit. Sic a liberali Promētheo homines ignem obtinuērunt et cinēres sub terra servare didicērunt. Ob grave facinus tamen Iuppiter Titāna (acc.) clavis ferreis ad saxum, in monte Caucaso, deligavit. Hic (avv.) deorum rex aquilam voracem posuit atque crudele praeceptum adiēcit: sacra Iōvis avis Promēthei iecur in perpetuum edet, quia ille ("egli") nefarie caelestes offendit. Itaque Titan terribilem poenam solvit: enim quantum iecōris ("quanto fegato", lett. "quanto di fegato") cotidie aquila edebat, tantum nocte recrescebat. Multos post annos Hercules aquilam interfecit et Promētheum liberavit. (da Igino)

LABORATORIO

Morfologia

- 1 Sottolinea gli aggettivi della seconda classe e collegali ai nomi a cui si riferiscono.
- 2 Cerchia l'aggettivo sostantivato.
- 3 *lecōris* è il genitivo singolare del sostantivo che è una della 3ª declinazione, il suo genitivo è anche

Sintassi

- 4 *Magnae utilitati* è un dativo

compreso nel costruito del

- 5 *Nocte e multos post annos* sono, rispettivamente, complementi di tempo e

Lessico

- 6 *desperavērunt*: quale funzione ha il prefisso *de-* nel verbo? Come ne modifica il significato?
- 7 *sagacitas* e *benevolentia*: che qualità indicano rispettivamente i due sostantivi?

Traduci il seguente brano.

Il dio Apollo

Fin dalla giovinezza il dio Apollo manifesta doti che lo distinguono fra gli altri dèi greci.

Graeci Apollīnem etiam Phoebum vocabant et inter omnes deos formosum et sapientem putabant. Eum ("lo", acc. m. sing.) Latōna pepērit, cum Diana sorore, in insula Delo. Insula Neptuni voluntate ex maris undis emersit et Latōnae effugium praebuilt. Nam Iunonis irā Latōna vexabatur. In pueritia Apollo suis sagittis immanem serpentem necavit et sic matrem servavit. Serpenti nomen Python erat et ob talem victoriam Graeci Apollīnem Pythium vocavērunt et in dei honorem sollemnes ludos Pythicos instituērunt. Apollo medicinae et poësis deus fuit, arcum citharamque gerebat, vates et poëtas protegebat, per oracula Delphis respondebat. Inter arbōres laurus Apollīni sacra fuit, quare poëtae tempōra sua lauri frondibus dei tutelae causā cingebant.

Alessandro Magno e il medico Filippo

Immersosi nelle acque del fiume Cidno, Alessandro Magno è colpito da paralisi, ma con fiducia decide di affidarsi alle cure di un medico, sebbene questi sia sospettato di essere stato corrotto dal re persiano Dario.

Alexander Magnus Tarsum pervenērat, ubi Cydni fluminis amoenitate captus est. Ibi, pulvëris et sudoris plenus, arma proiecērat atque in perfrigidam amnis undam ad refrigerium suum se (“si”, acc.) mersērat. Tum repente nervos eius (“di lui”, “suoi”) rigor occupavit, vox interclusa est et non modo remedii spes (“la speranza”, nom. f. sing.), sed nec periculi dilatio inventa est. Unus erat inter regis medicos, nomine Philippus, qui (“che”, nom. m. sing.) solus remedium Alexandri salutis causā promittebat. Sed Parmeniōnis litterae quae (“che”, nom. f. plur.) pridie a Cappadocia missae erant suspectum medicum faciebant. Nam Parmenio, de Alexandri infirmitate ignarus, de Philippi honestate dubitavērat quia – sic Alexandro dux scribebat – a Darēo, Persarum rege, ingenti pecunia corruptus erat. Alexander tamen medici probitati credēre anteposuit quam (“piuttosto che”) indubitato morbo perire (da pereō). Pocūlum accepit simulque epistulam Philippo tradidit et suos oculos erga medicum intendit. Ut (“appena”) medicum securum conspexit, laetus risit. Post aliquot dies (“giorni”, acc. m. plur.) Alexander sanitatem recēpit.

(da Giustino)

Romani contro Volsci

I Romani reagiscono con successo a un agguato dei Volsci che, respinti, si danno alla fuga.

Consul copias contra hostem eduxit neque procul ab hostibus castra posuit. Sed inter Romanorum copias discordia atque dubitatio magna regnabant; itaque proxima nocte Volsci, quia nocturnam transitionem proditoremve movēre optabant, castra temptavērunt. Sensere autem vigiliae: ut primum signum datum est, milites ad arma concurrere insidiasque Volscorum frustravere. Postero die ("giorno", abl. m. sing.) prima luce Volsci, postquam fossas repleverant, vallum invasērunt. Iamque ab omni parte munimenta vellebantur, cum consul, quia militum ardor satis ingens apparebat, pugnae signum dedit militesque certaminis avidos emisit. Primo statim incursu ("assalto", abl. m. sing.) hostes pulsi sunt; dum pavidi fugiunt, a peditibus nonnulli a tergo caesi sunt, ceteri usque ad castra ab equitibus acti sunt. Mox castra a legionibus oppugnabantur et, postquam Volscos e castris quoque pavor expulserat, capta direptaque sunt. (da Livio)

L'origine del nome di Valerio Corvino

Durante un corpo a corpo che lo vede opposto a un possente Gallo, Valerio beneficia dell'aiuto di un corvo. Per questo sarà poi celebrato come Valerio Corvino.

Copiae Gallorum ingentes agrum Pontinum insedērant et Romanorum consules ad proelium parati erant. Dux interea Gallorum vasta proceritate et armis aureis superbus incedebat et Romanos milites ad certamen lacessebat. Tum Valerius tribunus, dum ceteri timore et pudore dubitant, intrepide processit. Milites convenērunt et circa constitērunt. Atque ibi vis divina evēnit: corvus repente improvisus advolavit et super galēam tribuni instītit atque inde in adversarii os atque oculos pugnare incepit; insiliebat, obturbabat et unguībus manus (“le mani”, acc.) laniabat et prospectum (“la vista”, acc.) alis arcebat, dum omnes milites spectant. Ubi satis saeviērat, corvus in tribuni galēam revolabat. Sic tribunus, et sua virtute et opera alītis, ferocem hostium ducem vicit interfecitque atque ob hanc (“questa” acc. f. sing.) causam cognomen habuit Corvinus. Statuam Corvino Augustus in foro suo aedificare statuit. In statuæ capite corvi simulacrum est, monimentum pugnae.

(da Aulo Gellio)

I Romani in Africa prima della guerra giugurtina

Sallustio si accinge a narrare la guerra contro il re africano Giugurta e informa il lettore sui rapporti tra Roma e la Numidia prima del conflitto (112-105 a.C.).

Bellum scribam quod ("che", acc. n. sing.) populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit, primum (avv.) quia magnum et atrox variâque victoriâ fuit, dehinc quia tunc primum de nobilitatis superbia dissensus fuit. Sed priusquam rei ("della narrazione") initium expeditvëro, pauca supra repëtam. Itaque omnia recentia magis magisque ("sempre di più") in aperto erunt. Bello Punico secundo, quo ("durante la quale", abl. n. sing.) dux Carthaginiensium Hannibal Italiae opes maxime adtrivërat, Masinissa rex Numidarum in amicitiam a P. Scipione receptus est. Postquam Carthaginienses vicërat, populus Romanus Africae multas urbes totidemque agros regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae erga Romanos bona atque honesta permansit. Deinde Micipsa filius regnum solus obtinuit, quia eius ("di lui", "suoi") fratres animam efflavërant. Micipsa Iugurtham, filium Mastanabâlis fratris, cum liberis suis domi habuit et educavit. Brevi tempore Iugurtha, iuvenis impigro atque acri ingenio, sibi ("a sé") multos cives Romanos familiari amicitia coniunxit.

(da Sallustio)

STORIA

Traduci il seguente brano d'autore.

Le imprese del dittatore Furio Camillo

Caduto in disgrazia dopo aver sconfitto Veio (396 a.C.), il dittatore Furio Camillo sottrae ai Galli il bottino tolto ai Romani e trionfa.

Post deinde XX (= viginti "20") annos, Veientani rebellavërun. Contra hostes Furius Camillus dictator missus est, qui ("che", nom. m. sing.) primum Veientanos proelio vicit, mox etiam civitatem, antiquam et divitem, post longam obsidionem cepit. Post Veios cepit et Faliscos, non minus nobilem civitatem. Sed commota est ei ("contro di lui") invidia atque ob talem causam damnatus et expulsus civitate est. Statim Galli Senönes ad urbem venërun et, postquam Romanos apud flumen Alliam vicërant, etiam Romam occupavërun. Postquam diu urbem obsedërant et cum iam Romani fame laborabant, Galli recessërun quia ingens pondus auri accepërun ne Capitolium obsidërent (ne... obsidërent "affinché non assediassero"). Sed a Camillo, qui ("che", nom. m. sing.) in vicina civitate exulabat, Gallis superventum est gravissimeque victi sunt. Sic Romanorum dux aurum et omnia alia quae ("che", acc. n. plur.) Galli cepërant recuperavit et Romam militaria signa revocavit. Ita in triumpho urbem intravit atque secundus Romulus appellatus est.

(da Eutropio)

Imprese di Filippo di Macedonia

Superate le difficoltà iniziali del regno, Filippo di Macedonia invade la Grecia e la sottomette. Un'inattesa congiura di palazzo blocca il suo progetto di organizzare una campagna militare contro i Persiani.

Postquam Philippus admōdum iuvēnis patri Amyntae in Macedōnum regnum successerat, regnum firmum et amplum constituit. Adulescentūlus Thebanorum obses apud Epaminondam, strenuum ducem, diu fuērat; tunc autem Thebarum excellentes viros militiaeque instituta et Graecorum omnium mores cognovērat. Regni initia ob atrociam inimicorum odia et multas hostium insidias, turbida fuērunt. Philippus autem summa sollertia calliditateque omnia pericūla superavit, hostium copias ex Macedonia fugavit, barbarorum Graecorumque fines invasit. Frustra Demosthēnes, clarus Atheniensis orator, acris verbis Graeciae libertatem defendit. Cum apud Chaeronēam in Boeotia Philippi phalanx copias Graecorum perturbavit et fudit, tum tota Graecia pacata est. Sed dum Macedōnum rex bellum contra Persas parat, coniuratorum sicarius Philippi vitam obtruncavit.

Dopo aver letto con attenzione il testo, svolgi le seguenti operazioni:

- sottolinea le voci verbali che costituiscono i predicati e analizzane il valore dei tempi;
- suddividi ciascun periodo in proposizioni (tante quante i predicati) separandole con una barra semplice;
- individua i connettivi coordinanti e subordinanti;
- completa le note;
- traduci.

Imprese di Pompeo

Dopo aver liberato i mari dai pirati, Pompeo riceve l'incarico della guerra contro Mitridate, re del Ponto.

Dum haec ("queste cose", nom. n. plur.) *geruntur*, *piratae omnia maria infestabant et Romanis toto orbe victoribus sola navigatio tuta non erat. Quare bellum contra piratas Cn. Pompeio decretum est. Intra paucos menses ingenti et felicitate et celeritate Romanorum dux bellum confecit et maria liberavit. Mox Pompeius etiam belli contra regem Mithridatem et Tigranem imperium accepit. Postquam proelium commiserat, Mithridatem in Armenia nocturno proelio vicit, castra diripuit, multos eius* ("di lui", "suoi") *milites occidit, viginti* ("venti", indecl.) *tantum de suis copiis perdidit et duos* ("due", acc. m. plur.) *centuriones. Mithridates cum uxore fugit et nonnullis comitibus. Neque multo post, quia contra suos saevierat, Pharnaces, filii sui, seditione ad mortem coactus est et venenum hausit. Talem finem habuit Mithridates. Mortem occubuit autem apud Bosporum, vir ingentis industriae consiliique. Per multos annos vixerat et regnaverat, contra Romanos bellum semper habuit.*

(da Eutropio)

Dopo aver letto con attenzione il testo, svolgi le seguenti operazioni:

- se possibile, prima di ricorrere al dizionario, cerca di risalire al significato dei termini sulla base del lessico italiano;
- completa le note;
- traduci.

L'anello di Gige

In una voragine apertasi sotto terra il pastore Gige trova un anello che gli dà il dono dell'invisibilità. Se ne servirà per eliminare il re Candaule, di cui era servitore, e diventare lui stesso sovrano.

*Olim in Lydia, postquam terra magnis imbribus discesserat, Gyges, pastor regis, in hiatum ("voragine", acc. m. sing.) occidit aeneumque equum, ut ("come") fabula tradit, **animadvertit**. In equi lateribus fores erant et iuvenis, postquam eas ("le", acc. f. plur.) aperuerat, corpus hominis mortui vidit magnitudine inusitata anulumque aureum in digito. Simul ut anulum detraxit, Gyges induit, tum in pastorum concilium venit. Ibi cum **anuli palam** ad palmam convertērat, a nullo homine videbatur, Gyges autem omnia videbat; pastor rursus videbatur, cum **in locum** anulum invertērat. Itaque quia tantam opportunitatem anulo habuerat regem interēmit, omnes hostes **sustulit**, nec quisquam (nec... quisquam "e nessuno") iuvenem, dum haec ("queste cose", nom. acc. plur.) facit, vidērat. Sic repente anuli beneficio Gyges Lydiae rex fuit.*

(da Cicerone)

Ulisse giunge nell'isola dei Feaci

Dopo essere stato trattenuto a lungo dalla ninfa Calipso, Ulisse fa di nuovo naufragio e approda sull'isola dei Feaci.

Ulixes, postquam naufragium fecerat et socios amiserat, enatavit in insulam, ubi nymp̄ha Calypso (nom.), Atlantis filia, eius amore capta est et diu eum apud se retinuit, donec ei Mercurius, Iōvis nuntius, deorum regis mandata renuntiavit. Iḡtur Calypso ratim fecit Ulixemque dimisit, sed rursus eam Neptunus undis disiecit quod Ulixes Cyclopem, filium eius, lum̄ine privavērat. Ibi dum tempestate iactatur, dea Leucothōe (nom.), quae (“che”, nom. f. sing.) in mari vivit, balteum ei dedit. Ulixes eo (“con esso”) pectus suum vinxit: ita e naufragio incolūmis excessit. Inde in insulam Phaeacum venit, nudusque ex arborum foliis se obruit: ibi Nausicāa, Alcinōi regis filia, misericordiā erga virum mota est, pallio eum operuit et ad patrem suum adduxit. Alcinōus hospitio liberaliter Ulixem accepit, multa dona ei dedit et tandem in patriam Ithacam reduxit. (da Igino)

Alessandro e il nodo di Gordio

Giunto presso il tempio di Giove a Gordio, Alessandro Magno “scioglie” in modo singolare i nodi del carro del re Mida, lì conservato. In questo modo propizia l’avverarsi della profezia secondo cui chi lo avesse fatto avrebbe governato sull’Asia.

Alexander postquam Gordium urbem in dicionem suam redēgit, Iōvis templum intravit et vehiculum, quo (“su cui”, abl. n. sing.) Gordius, Midae pater, vehebatur, adspexit. In hoc notabile erat iugum quod (“che”, nom. n. sing.) multis nodis adstrictum erat; in semet implicati (“intrecciati”, nom. m. plur.), hi omnium oculis sua vincula occultabant. Quare civitatis incōlae in oraculi sortem confidebant: qui (“colui che”, nom.) illud inexplicabile vinculum solvērīt, in potestatem suam Asiam redīget. Tum cupidō in regis animum incēssit. Alexander nunc vehementer illam sortem explēre cupiebat et totius Asiae imperium tenēre. Circa regem erat et Phrygum et Macedōnum turba, illā expectatione suspensa (“ansiosa”, nom. f. sing.), haec sollicita ex temeraria regis fiducia. Alexander, suorum atque advenarum magna cum admiratione, postquam nequāquam diu cum nodis luctavērat, repente gladio omnia lora rupit: sic oraculi sortem vel elusit vel implēvit.

(da Curzio Rufo)

Traduci il seguente brano.

La metamorfosi di Dafne

La ninfa Dafne non contraccambia l’amore di Apollo e, pur di non cedere al dio, si fa trasformare dal padre Peneo in una pianta di alloro.

Daphne (nom.) dulcis venustaque nympa erat, Penēi fluminis filia. In amorem eius incīdit deus Apollo; illa autem eum spernebat celerique pede per silvas et opaca nemōra omnibus suis viribus fugiebat. Apollo, cupiditate flagrans, dulcibus verbis ad eam se applicabat (“si rivolgeva”): «Mane, pulchra nympa! Fugam inhībe! Non montis incōla sum, non humilis pastor: mihi Iuppīter est pater, et te unam diligo!». Daphne autem eum effugiebat nec illius blanditiis aures praebebat; immo vero patrem suum Penēum sic inter lacrimas exorabat: «Pater, obsēcro, auxilium mihi praebe! Si (“se”) vobis fluminibus numen est, muta me et perde istam figuram quā (“a causa della quale”, abl. f. sing.) nimium placui!». Statim gravis torpor membra eius occūpat, molle pectus cingitur tenui libro, crines in frondem crescunt et in ramos bracchia. Pes, modo (“poco prima”) tam velox, pigris radicibus haeret et Daphne in viridem nitentemque laurum mutatur. Hac specie (“aspetto”, abl. f. sing.) quoque Phoebus eam amat, et eius voluntate ex illo die (“giorno”, abl. m. sing.) laurus est arbor Apollini sacra, sollemne praemium poētis.